

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 173. Concil. Pisanum a quibusdam rejectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

Sæcul. XV.
A.C. 1409

poena concessit; cum vero Ecclesiam in capite, & membris reformandi proposito propter plurium Prælatorum, Legatorum aliorumque discessum satisfacere non posset, hoc negotium ad proximum Concilium differebat, concessa interim cunctis Concilio assistentibus ad suos redeundi libertate.

§. CLXXIII.

Concilium Pisanum a nonnullis rejectum.

S. Antonin. Chronic. part. 3. tit. 22. c. 5. §. II. His Pisana absolvebatur Synodus, quæ quamvis ab ingenti Doctorum numero approbata fuisset, nonnullorum tamen contradicendi libidinem effugere non poterat; nam, ut nil memoremus de Benedicto & Gregorio, quorum utique, ut eam rejicerent, plurimum intererat; Sanctus quoque Antoninus Pisanum Concilium legitimum non habuit. Cardinalis de Turre-cremata afferuit, sibi saltem persuaderi non posse, ut validum censeat Concilium, cui Pontificis auctoritas non accessisset. Cardinalis Bonifacius Ferrius Sancti Vincentii Ferreri Frater, hanc Synodum tanquam conciliabulum, profanum cœtum, hæreticum, maledictum, seditionis, chimæricum, scandalosum, & diabolicum traducit, & si huic Cardinali creden-

dendum, cuius tamen fides ob vehemen- **Sæcul. XV.**
 tiores animi sui motus, & partium studium **A.C. 1409.**
 non parum suspecta redditur, Alexandri V
 electio Cardinalibus Gallis nequaquam
 probabatur. Præterea Prænestinus, Tur-
 eiensis, de Salutiis aliique tres Cardinales *Vid. Iag. ad*
 mox peracta Pontificis electione ad suashift. *hujus*
 recesserunt Ecclesiæ, nunquam amplius *sæculi §. 71.*
 Papæ conspectum subituri. Cardinalis
 etiam de Chalanto in Pisano Concilio
 actitata respuens, indignabundus disces-
 fit. Tandem Nuntius inaugurationem
 Alexandri V. Genuam deferens, neque
 ullo lætitiae publicæ signo, ac nequidem
 campanarum sonitu a Genuensibus exce-
 pceptus est. Theodoricus Urius in Germa-
 nia Monachus nec favorabiliora in sua
 Concilii Constantiensis historia Impera-
 tori Sigismundo nuncupata enarrat. Ast
 horum omnia rationum momenta Gerso-
 nius solidis confutat argumentis in suo
 tractatu *de Auferibilitate Papæ ab Ecclesia,*
 demonstrans, in certis casibus, quos hic *Gerson. tom.*
Auctor satis diffuso calamo prosequitur, 2. c. 209. &
 Papam ab Ecclesia separari posse. *Jn. 224.*
 stam hujus opusculi analysin dederunt *Lenfant.*
Dupinus & Infantius in Historia Con- *hist. Concil.*
cilii Pisani. *Pis. tom. I.*
p. 305.